Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



242

ventum. Ubi consilium capiunt navis conscendendo, et Pisas
dirigendo, sociam et fidam urbem. Convenerant cum navi-
culatore: etiam in navierant, sed panis et commeatus de-
rat, quem mittunt eundem illum prosternatum. Pecunia
etiam deerat: ergo annulum alter a digito detrahit, sive
pignus naviculario, sive pretio ab eo permutandum. Is an-
nulus gemmam rubram et æstimatam habebat: itaque ar-
tifex miratus a sordido homine deferri, et suspectans, Unde
habeat, quæritille candide. A duobus inventibus, ingenui vul-
tus et sanguinis, sed habitu et veste squalidis, negne ultra
se scire. Defertur res ad Dynastam vobis (qui tunc illi propinqu
erat) Joannem e gente Frangipanum: atque is re cognita
pretii, et fama tale suspicans navem instrui iubet, adolescen-
tes retrahi, et ad se duci. Dictum, factum, sistuntur, agnoscun-
tur, et putabant extra periculum se, quia extra hostile solum
erant, esse. Illiles auditi pravitate, sive avaritia Dynastæ:
nam is Carolo indicat: qui statim eum capiis terra marque
adiolat, et captivos suos Neapolim abduxit. Quid expectas?
aliquid regium? pudor est Andegavenses stirpis, aut
nauta, quod dicam. Diu deliberato concluditur, tollendos
adolescentes, et publice capite minuendos. Quid? vel sicarios
aut prædones? qui ius suum repetierant? qui bellum
intulerant, et iure ac more gentium administraverant? Om-
nia in hoc facto sævitiam et barbariem habent. Eadem
Brunner Annal. Boic. l. 14; alibique.

23) Jordanus apud Raynaldum Annal. eccl. ad an. 1268.
Conradinum, inquit, et ducem Austriæ, Gerardum quo-
que Comitem de Pisis de consilio sapientum, nonnullis da-
men contradicentibus, in platea Neapoli capite truncati vo-
luit. Tristanus Calchus Hist. pat. l. 16, apud Struvium Corp.
Hist. Germ. in Conrado IV. Cum varia ambiguoque sen-
tentia dicerentur, Guido Suzaria vir præcipuæ doctrinæ,
ac existimationis, in mitiorem partem inclinatus, docuit;
eam rei esse Majestatis argui merito posse, qui avitum
regnum quoque modo repetisset, et ab aliis occupatum vin-
dicare conatus esset: quod inclinante fortuna sua dignedi
proelio maluit, et similem hominum cædem devitare, tempo-
rum quoque discrimen, ei imputari non debere, sed inter-
pantiæ, et clientiæ militari, et improbitati eorum, qui
fere sine stipendiis castra sponte sequuntur. Sed apud eun-
dem et Iasium et Indicem, et in vindictam ardentem non
valuere elegantia, et e media juris disciplina petita verba.
Sic decerant, qui ei assentientes animadverti in eos debere
censerent. Sic pelusti publico indicio damnatos capitali pœ-
na addixit. Aventinus Annal. Boii. l. 7, c. 8: Ottocarus
(Bohemiæ Rex) a Carolo Andegavensi consultus metuens,
ne si Austriaca proles, Cæsareaque soboles superstes foret, in-
tenecta a se olim repetescentur, tollendos (Conradinum et Fri-
derium) omnem stirpem radicitus exscindendam censuit.